

32

In responsione deditur scripta 14. Febr. anno 1581. post gratiarum actionem de iudicio isto sibi missu et commendationem sibi boni juvenis Petri Saltzovii Auditorum gratia Neustadium missi et. incrant haec quoque verba: Schola vestra summis viris floret, quarum singuli singulas Academias illustrarent. Quirinum in dies magis magisque amo, idque magno ejus merito. Quare de eo vobis plurimum delev. Magnopere insistant bonis Ubiquitarij et comitibones eorum: In vobis omnis victoria spes est collocata. etc.

Ex responsu D. Ursini Calendij Maji 1581.

De nostra schola vereor, ne major sit vestra opinio, quam pro rei dignitate. Obstat n. majoribus incrementis rerum nostrarum mediocritas. Si nobis, ut spes est, morem adolescens Petrus Saltzovius praestet, non deerunt ei hortationes ad optimas. Caritas rerum in causa est, quare vix possit schola esse frequentior. Ubiquitarii postquam tela sophistica profuderunt omnia, ad contumelias, seditiones et robur magistratuum confugiant. Nostri ad novas condemnationes novo modo promulgatas existimant a se postulari novam defensionem. Itaque opposuerunt admonitionem libro concordiae partim festinatione, partim operarum culpa quodam incommoda descripta sunt. Gratum fuerit vobis et aliis prudentes, si de corrigendis in alia editione monueritis.

Carissimo viro D. Zachario Ursino Theologiae ac Philosophiae Professori in Academ. Neustad: Dño  
et amico observando.

S. Si tua admonitio, male sanos illos, tanti mali in Ecclesia fabricatores et incautum illum gregem, quem hi partim mali artibz, partim vi praecipitem agunt, ad meliorem mentem atque in viam revocare non poterit, equidem non dispicio, quae ratio supererit amplius, quae miserabiles illi Phrenetici ab exitu retrahant. Mihi quidem nihil videtur editum esse contra illos doctus, gravis, firmus. Idem aliorum est iudicium, quos de hoc scriptorum genere. Differentes audivi. Deo te conservet, Doctissime vir, qui causam opus tam scienter tam fortiter propugnas et fueris, ac furentes hostes propellis ac prosterbis. Audio te in Aristotelis Logice paraphrasin et annotationes scripsisse, magno me. munere atque adeo beneficio afficere, si Saltzovio describenda dabis, ut ad me mittat. Sum illis Philosophi

scriptorum omnium studiosissimū, et interpretum, praesertim qui rem  
enactant, in quibus te pono, ut ex paucis quibusdam annotationibus  
animadverti. Audistine. Matthaei Flauri Sygneri Medici Berolinensis  
nomen? is mirificas, absurdas, horribiles opiniones spargit de ani-  
ma, de creatione, de Diabolo malorum creatore, de spiritu fili-  
dei, qui sit anima mundi, et superabundanti nescio quā Christi-  
esentia. Si non horret animus ea legere, sunt hic apud Amicum  
quendam. Vale meāq; opera libere utere. Saluta D. Zacharium  
et collegas tuos omnes. Deo vobis adsit 20. Aug. a. 1581. Uratij.  
Ad hanc Ursini non respondit, impedita valetudine. adversa et  
occupationibus alijs.

181)  
Clarissimo atq; Excellentissimo Viri Dño Taddeo Hagecio  
ab Hageek S. Cas. Maj. etc. Medico etc. Dño et Amico  
observandissimo.

Clarissime et Excellentissime Vir S. P. et officiorum meorum addictissi-  
mā commend: praemissa etc. Nisi antevertisses, quā tua est  
humanitas, constitueram ad te scribere, et quam ultro defers, ami-  
tiam tuam ambire, testor Rhetorum et charissimam hospitum  
meum amicissim: tum Saluol. me tui studiosiss. esse, jam ab eo  
tempore, quo doctum et eloquentem commentarium tuum in Pala-  
centilogium Bethen etc. cum magna mea voluptate atq; utilitate  
perquam diligenter evolvi, id autem fuit abhinc fere quinq; annis.  
Nex, sanè tandem studium hoc et benevolentiam meam elapsam,  
Tū jam tum abs te petissem, ut in amicorum tuorum numerum  
me quoq; reponeres, sed infortunium nimirum, quo undiq; pre-  
mebar ab hoc scribendi officio deterrebat. Fieri n. posse putabam  
ut tu quoq; à me meoq; nomine abhorreret, quem jam etiam  
Amici non fugiunt tantum, sed etiam detestantur, id sanè non  
ob ullum scelus meum, sed quod malim honestus esse maritus, quam  
cum impuri mulierculis, ut pleriq; adversarii mei faciunt ex  
spiritualibus, ut vocant, obsecro, ac, quod caput est, de beneficiis  
ab impijs fanaticorum hominum contentis ad Dei verbum cupidissi-  
mè defeci, Tū cum de te sermonem honorificum non raro haberet  
apud me Pal. intellexi, ex eorum numero se esse, quibus Deo meli-  
orem mentem dedit. Haec eo breviter commemoro, ut planè tibi per-  
suasum habess, juveniss: et longè omnium gratissimas mihi acudisse  
litterulas